

SA  
1

Jurisprudenz

152.

003



O. b. 405

OO KU











6448



RESPONSA V.  
**CELEBRI-**  
**RVM IVRECONSVLTO-**

**RVM GERMANIAE; QVATVOR**  
ab hinc annis super negocio Reuisorio  
data: quibus pertractantur quæ-  
stiones iuris sequen-  
tes.

- I. *Vtrum in causis compromisi locum habeat Renifid,*  
*nec ne?*
- II. *Vtrum in iudicio possessorio appellari posse;* vel *Re-*  
*nifid peti?*
- III. *Vtrum, Reuisione pendente, suspendatur etiam*  
*sententia latæ executio?*
- IV. *Vtrum constitutiones Imperij de Reuisione actorum,*  
*& Syndicatu disponentes, executionem prohi-*  
*beant?*
- V. *Interposita præventionis transactione, ad latam*  
*vsg sententiam in interdicto uti possidetis, vtrum*  
*ea lata, si Renifid petatur, & instituatur, trans-*  
*actio quoq, ad eandem trahatur: an verò, tan-*  
*quam finita, sententia executioni mandetur?*

**LECTV DIGNISSIMAE, SCITV**  
commodissimæ, obseruatüque  
haud pœnitendæ.

**TYPIS HAEREDVM CHERI.**

*Stiani Egenolphii.*

Anno M. D. LXXXIX.







## TYPOGRAPHVS S.

ONSILIA HAE C, CAN<sup>i</sup>  
dide Lector, seu Responsa pru-  
dentum in usum tuum edidit  
potissimum ea de causa, quod  
ex Ioanne Spiessio, Typogra-  
pho, & amico meo singulari cognouerim,  
Tractatum eruditum de Reuisione sententia-  
rum ad proximas nundinas emissum iri: e-  
iusdem planè cum hisce consilijs materiae  
Adiecimus autem in opusculi huius quasi  
limine Auth. quæ supplicatio. C. de precib.  
Imp. offer. vnà cum Nouella. 119. §. aliud ad  
hæc. Præterea versic. Vnd dāmitvñser Cattier-  
richter. in Recessu Imperij, Anno , &c. 1532.  
Ratisbonæ habiti: nec non §. Darauff sollen  
als dann/ri. Ordinat. Cameræ Imperialis  
part.3. tit.53. Von Reuision/ vnd besichtigung  
ter acta. Idque consultò: nāque horum om-  
nium frequens in his consilijs mentio fit, &  
sensus declaratur. Tu, quie quid hoc mune-  
ris est, boni consulas, & idem à me posthaec  
studium expectes. Vale.

A 2 Auth.

CONSTITUTIONES

Auth. ad l. Si quis. C. de precib.

Imp. offerendis.

**Q**Væ supplicatio glorioſiſſimis præſe-  
ctis, vel eorum consiliarijs, vel cauſas  
introducentibus intra decem dies poſt ſen-  
tentiam offerenda eſt, Quo ſubſecuto, ſen-  
tentia non aliter executioni mandabitur,  
niſi vičtrix pars dignam fideiuſſionem præ-  
buerit, tantum reſtituendi eum legitimiſ  
augmentis, quantum fuerit in condenma-  
tione; ſi legitima retraſtatione ſententia re-  
ſoluatur. Niſi ſub hac forma ſupplicatio  
porrigatur: executio cauſæ ſine fideiuſſione  
procedet. Retraſtationis iure illi feruando,  
qui ſe grauatum putauerit, ut infra bienni-  
um ſupplicare poſſit imperatori.

Nouella. 119. §. aliud ad hac.

**E**X quo leges noſtræ definiunt, ſi quan-  
do præfecti ſacrorum prætoriorum ſen-  
tentia proferunt, ne qua contra eam offera-  
tur appellatio; ſancimus, ut quotiens à glo-  
rioſiſ. cuiuscumque tractus præfectis profer-  
tur ſententia, & vnuſ (ut poterit fieri) litiga-  
torum puterit ſe grauatum: talis licentiā ha-  
beat

IMPERIALES.

3

beat admonitorium eius rei libellum intra decem dierum spatium, quām prolata fuit sententia, sententiam proferentibus gloriosis, præfectis, aut collaboratorib<sup>9</sup> eorū, aut causas introducentibus offerre: ne hoc inse- cuto, aliter sententia executioni mandetur; nisi prius victrix pars in tam magnam quan- titatem idoneas fideiußiones præbuerit, q̄ magnam complectitur condemnatio : vt si posteà retractatione legitimo more proce- dente sententia subuertatur, res cum legiti- mis illis incremētis restituātur. Si vero intra memoratum decem dierum spatium, quām prolata fuit sententia, libellum is, qui se læ- sum putat, non obtulerit; iubemus, vt exe- cutio negotij sine fideiußione procedat: re- tractationis nihilominus iure illi reseruan- do, qui se grauatum putauerit.

Recessus Imperij, Anno &c. 32. Verſic. Und  
damit vnser Cammer-  
richter/ie.

**S**omit vnser Cammerrichter/ und Bey-  
fizere desto fleißiger seyn/ so sie besorgen  
müssen; daß die Acta folgendts nach ges-  
prochener Urtheil auch besichtigt/ vñ niemand  
on vnserm Cammergericht vñrecht geschehe: Zu  
A ij demel



## CONSTITUTIONES

deme/dah solches unsern Rey. Rechten nit entgegen: sowider Endvortheil zu supplicieren zugelassen/vn die Richter/so vnrechtmessig Urtheil auf sprechen/den Krieg ihr eigen machen; vnd deßhalb ad Syndicatum gesetzet werden mögē. Sezen/ordnen/vnd wollen wir / wa einig Parthen hinfürher vermeint/dah sie durch Cammerrichter/vnd Beysizere beschwerde/vnd vnrechtmessig/oder nichtig Urtheil wider sie gesprochen/und eröffnet: vnd derhalben Cammerrichter/vnd Beysizere gedachte zu syndiciren; dah denselben solches zuthun/ vermög unser Rey. Recht zugesassen seyn solle/re. Doch dah nichts desto weniger mit execution der gesprochnen/vnd erkandten Urtheil am Cammergericht vollzfahren/vn procedirt werde/re.

Titul.53. Von Revision/vnd besichtigung  
der acta &c. Ordinat. Cameræ  
Imp. part. 3. s. Darauff  
sollen. Verlic. Und  
im fall/re.

**G**nd im fall/ba die Urtheil auf überschen  
der Richter / als nichtig oder ungerecht  
reformirt würden/ solle der Parthen ihr  
erlegt Gelt widerumb zugestellt; vnd mit der execu  
tion solcher reformirter Urtheil an dem Cam  
mergericht vollzfahren werden/re.

Item

Item s. Im fall aber. Ibidem.

**N** Im fall aber/da die Urtheil durch die verordnete bekräftiget / soll es dabey vngewiugt/ohn weiter appellieren / supplicien/vnd reuidiren bleiben; vnd mit execution solcher erstgesprochener Urtheil an dem Key. Cammergericht fürgefahren: Auch die klagende Parthen das erlegte Gelt zu ablegung des Rostens/ auff straff ihres mutwillens/verloren haben/it.

Item s. sequ. ibidem.

**N** Auch die Revision auff zeit in dem Aufschreiben gemeldet / auf mangel nicht erscheinens der Commissarien/ oder Räthe ; oder daß sie mit solcher Revision nicht fürfahren würden ; seinen fürgang nicht erreychen würde; Sollen Cammerrichter/ oder President/vnd Beysizere weiter derhalben in Verwart zustehen nicht schuldig seyn ; sonder mit Execution der erst gesprochen Urtheil/ ohne einige verhinderung/am Key. Cammergerichte fürgangen werden. Doch anderer gestalt nicht/ dann da sich fundbarlich/vnd erweislich erfunde/ daß die anrussende Parthen vmb die Revision an ihrem besten fleiß/vnd andern notwendigen anhalten/vn versügen/die versamlig der Collis-

A iiii sariem/ 23.



sarien/vn Räthen zubefürdern/in etwan seumig/  
oder mangelhaftig erfunden würden: dann son-  
sten da der mangel an der anrussende Parthey in  
richten gestanden; Sol iſt dieſe auſmuth/oder nie  
erscheinen der Commissarien/vnd Räthe an die-  
ſem Beneficio Reuisionis nicht benommen:  
ſonder von neuwem zu der Reuision geordnet/  
diefelb für die handt genommen/vnd da-  
rinn allenthalben/nach laut  
dieser Ordnung/für-  
gefahren wer-  
den.

## R E S P O N-



# RESPONSVM I.

## SUMMARIA.

- 1 A sententia arbitri regulariter nō appellatur.
- 2 Reuifio habet instar appellationis.
- 3 Eadem ratio beneficij Revisionis, quæ appella-  
tionis est: & num. 4.
- 4 Generalis dispositio locum habet in qualibet  
sua specie.
- 5 Quoties appellatio conceditur, toties Reuifio  
non denegatur.
- 6 Distinctio, quando Reuifio in Camera Impre-  
riali locum habeat, nec ne.
- 7 Ex coactione iudicis ad compromittendum  
datur actio: & consequenter appellari po-  
test. Ratio ibidem.
- 8 Quoties arbiter à iudice datur, accedente et-  
iam partium cōsensu: toties ab eiusdem sen-  
tentia appellari, & Reuifio peti potest.
- 9 Distinctio inter arbitrium commune, & me-  
rè voluntarium, atque illud arbitrium, cuī  
apposita est pena.
- 10 Ex sententia arbitri quando actio oriatur?
- 11 Metu pœnae statur sententia arbitri.
- 12 Obiectis, in Camera Imp. ordinat. de Reuifo-  
rio beneficio in causis compromissarijs con-  
cedendo,

A S cedendo,



## RESPONSV M

- cedendo, nihil specificè expressum inueniri diluitur.
- 14 Ex communi interpretandi ratione generalitas extra materiam ordinationi subiectam extendi non debet.
- 15 Generalitatis interpretatio ad salos legum conditores pertinet.
- 16 Ordinatio generaliter loquitur, nec ullam causam aut designat specialiter, aut excipit.
- 17 Ordinatio causas compromissarias nominatim exprimit.
- 18 Pro iudice presumitur, eiusque sententia. Iura faciliter concedunt renunciare appellacioni è iudice, quam supplicationi ab arbitro. Ibid.
- 19 Compromissa ad iudiciorum instar redacta sunt.
- 20 An noua constitutione de admittenda reuisione in compromisis opus sit? Ambiguitatem generalitas parit. Ibid.
- 21 In casibus non prouisis in ordinatione, locum habet ius commune.
- 22 Ordinatio nec in personis, nec in causis, quoad Reuisionem, ullam differentiam constituit.
- 23 Correctio iuris maxime odiosa. Ratio ibid.
- 24 Verbum Endlich eiusdemq; effectus: num. seqq.



- 25 Verba intelliguntur secundum qualitatem,  
et conditionem Rei, ad quam diriguntur.
- 26 Verba decreti, ac partium in proprio, et ve-  
ro significatu intelligi debent; non enim occi-  
osa esse censentur.
- 27 Conuentio, qua partes se obligant ad standum  
sententie cuiuscunque, ut iudicis, vim ha-  
bet renunciationis. Et num. 37.
- 28 Verbum, Geruchen.
- 29 Verba hominum voluntatem patefaciunt,  
cum verè passionum note.
- 30 Iuri, et fauori pro se introducto potest renun-  
ciari: ut appellationi, sic Reuisioni: Et ra-  
tio ibid.
- 31 Ex causis iustis enormi, et enormissime lesionis  
pacato expresse renunciari potest. Ratio, Ibi.
- 32 Argutie verbi Endlich resolutur: Et  
vide num. 34.
- 33 Terminus simpliciter datus intelligitur per-  
emptorius.
- 35 Verbarebus, non res verbis seruiunt.
- 36 Verba Erkennen / vnd sprechen / was Recht  
ist, important ordinariam iurisdictionem.
- 38 Aduerbiu[m] Derowegen.
- 39 Qualis potestas arbitris, et arbitratoribus  
detur, etiam plenissima renunciatione, et  
iuramento interueniente.

40 In-



- 40 *Intelligitur, si secundum iustitiam iudicati fuerit.*
- 41 *Expressio facta ab homine transit in formam mandati: adeo, quod illa non seruata, actus reddatur nullus.*
- 42 *Decisio, quod Reuasio hoc casu locum habeat. Addita ratione, quod de aequitate Canonica omnis quomodo cunque oppressus appellare possit.*
- 43 *Si lege, vel statuto prescribatur tempus ad proponendas exceptiones: eo lapso, nihilominus opponi potest exceptio nullitatis.*
- 44 *Autoritatem, & estimationem Cameræ Imp. conservari debere.*
- 45 *Exempla retractata sententie.*



VEMADMODVM + à sententia arbitri regulariter non appellatur; quia nec iudicati actio, vel exceptio inde praestari potest; Ita nec Reuasio concedi debere videtur.

Ratio est: + Quia Reuasio habet instar Appellationis, & utriusque eadem ratio est: quod clarè ostendit Imperialis ordinatio Cameræ, pag. 3. c. 53. his verbis: Damit nie mande an dem Cammergericht ohnrecht geschehe/ Sezen/ ordnen/vnd wöllen/ ic. Quæ verba ostend-

ostendunt, quod vti appellationis benefi- 3  
cium inuentum est, ne iniquo iudicio per  
imperitiam, aut etiam malitiam iudicis ius  
suum cuiquam per iniuriam eripiatur: Ita  
Reuisionis remedium, eadem communi ra-  
tione dictante, vt nimirum oppresi aut ini-  
quitate, aut inscitia Assessorum Cameræ, au-  
xilio Reuiforum, veluti maioris magistra-  
tus, subleuentur; communi ordinum Impes-  
rij consensu introductum est. Eadem simili-  
tudo clarius euincitur à propinqua causa,  
quæ utriusque beneficij communis est:  
¶ Quemadmodum enim appellationis pro- 4  
pinqua efficiens causa est, quævis persona,  
quæ in iudicio per iudicem grauatur, nec  
appellare prohibetur: c. omnis oppreslus. 2.  
q. 6. c. vt debitus honor. De appell. Ita etiam  
nemini, qui se grauatum esse ostendit, bene-  
ficium Reuisionis denegandum esse argu-  
unt præmissaverba ordinationis; Niemandt/  
einige Parthen/it. quæ generalia sunt. ¶ Ge- 5  
neralis autem dispositio habet locum in  
qualibet sua specie: Pomp. I. Si seruitus. De  
seruit. vrb. prædio. Item verba generalia  
oportet generaliter accipere, donec genus  
per expressam speciem coarctetur; l. in toto.  
Dereg. Iur. Ex quibus infertur, cum in ap-  
pellatione,

Fecit et h.  
Id ex pte  
Præmissa  
mias



pellatione, & Reuisione eadem ratio inueniatur, idem Ius in vtraq; statuendum esse. Ideò quemadmodum à sentētia arbitri appellari non potest, ita quoq; Reuisioni non esse locum tribuendum. Vbi enim nulla apparet ratio diuersitatis, ibi nō est diuersum ius statuendum: l.à Titio ita stipulatus sum, ff. De verb. oblig.

Hinc, quid in altera quæstione statuendū sit rectè elicitur. Primum firmiter tenetur positum fundamentum, Reuisionem esse instar appellationis; ita, vt quando appellatio conceditur, Reuasio non sit deneganda. Et è contrà.

Hic distinctionis fœdere opus est. Cum enim ab auditorio Camerali appellari, Imperij constitutiones generaliter vetent: vi-deretur ex eo fundamento, Reuisionem etiam generaliter interdictam esse: nisi in hoc genere Cameræ summum Iudicium ab inferioribus distinguatur: & sic statuatur, 7 † quod nimirum dum à sententia Cameræ Reuasio concedi debeat, cum sententia dicta est in tali causa: à qua, si ab inferiori iudicata esset, potest appellari: Et è contrà. Cum itaque suprà similiter probatum sit, auditores Cameræ rei propositæ controvergia

uersia disceptanda , non conuentionale at-  
bitramentum; sed vel ordinariam , vel dele-  
gatam, vel nullam iurisdictionem exercuis-  
se, quorsum longa disputatio ? An Reuasio  
hoc loco admittenda sit, cùm de grauamine  
sententiæ ab ordinario , vel delegato dictæ  
appellarinemo nesciat? Sed posito , domi-  
nos Cameræ arbitros iudiciales fuisse: Certi  
iuris est , † quòd quotiescumque est aliqua ¶  
coactio iudicis ad compromittendum , vel  
autoritas : tum propter talem autoritatem  
detur ex compromisso actio ; Et per conse-  
quens possit de eo appellari. Casus est se-  
cundum Iohannem Andræam , quem re-  
fert, & sequitur Areti. in l. ex consensu. de  
Appellationibus. Et est textus secundum  
eundem in l. 2. C. de fruct. & lit. expens.  
Et in l. arbitro. qui satisd. cog. ac in l. fin. Vbi  
Bart. à quibus appell. non licet. Ratio est,  
quoniam quando arbiter datur à iudice , li-  
cet consensu partium ; tamen negari nō po-  
test, quòd ibi non insit aliqua coactio , salte  
reuerentialis: l. pen. de. furt. l. 1. §. Quæ one-  
randa. Et ibi gl. Quarum rerū actio non da-  
tur. Et quilibet intelligit, ibi non esse solā, &  
simplicem partium voluntatem: facit textus  
in §. fin. de hæred. qual. & diff. Et in l. gerit.

de



de acquirend. hæred. in l. Si quis maior. C.  
de transaction. ibi, nullo cogente imperio.  
 9 Sequitur ergo necessariò, † quòd cùm arbit-  
ter datur à iudice, accedente etiam partium  
consensu, & voluntate: eo casu ab eius sen-  
tentia appellari pos sit; & subsequenter Re-  
uisitio peti. De quo vidēdus Anthon. Blanc.  
 q. 10. nu. 5. Vbi addit, prætere à eo ipso, quòd  
 à iudice datur talis arbiter, licet de consen-  
 su partium: tamen quodammodo dici pos-  
 sunt arbitri iudicarij: & magis dicuntur ar-  
 bitrii juris, quàm meritati. Ergo non est  
 mirum, si ab eorum sententia detur appella-  
 tio: vt in l. fin. Et ibi plenè not. per dd. C. de  
 Iud. Ita Aret. ind. l. ex consensu. Siue igitur  
ordinarium, siue delegatum iudicium,  
 siue arbitrium iudiciale exercuerint iudices  
 Cameræ: euidentissima, ac ineuitabilis est  
 conclusio, Revisionem admittendam esse.  
 Quin etiam posito, quod citra calumniam  
 dari non potest, Camerales iudices merè ar-  
 bitros conuentionales fuisse: arbitrioque  
 conuentionali purè, & legitimè defunctos  
 esse: tamen respectu nostri casus, si senten-  
 tia lata esset ab inferiori iudice, appellatio  
 locum haberet.

*Tunc  
manet*  
 Nam quòd dictum est, à sententia arbitri  
 regu-

iri regulariter non appellari: procedit in ar-<sup>10</sup>  
 bitrio communi; & merè voluntario tunc,  
 quando est apposita pœna in compromisso:  
 si verò pœna non est apposita, tunc ab eius  
 sententia potest appellari: Bart. in l. 2. C. de  
 Arb. l. nemo potest. de. legat. j. l. de arbitrio.  
 Qui satisda. cog. l. j. C. de Arb. † Quia exilla  
 sententia oritur actio: per text. in l. cùm an-  
 tea. C. de Arb. Quam quæstionem in vtran-  
 que partem agitat Blancus; d. q. 10. num. j. 2.  
 3. 4. 5. 6. 7. Vbi conclusiū subiicit, credo;  
 quod opinio Bart. sit vctior; inspecto eo, de  
 quo agitur. Nam conclusio est, quod appel-  
 latur à sententia arbitri, quando non est ap-  
 posita pœna, vel apposita cum clausula, rato-  
 manente pacto: in quibus casibus nō loqui-  
 tur text. in l. 1. C. de Arb. Nam per illa <sup>13</sup>  
 fmetu pœnæ statut sententia arbitri, ex quo <sup>j2</sup>  
 cessat fundatum aduersæ partiis: & sic  
 perit horum conclusio. Eandem quæstionē  
 viuis rationibus tractat\* Geil. lib. j. obs. 150.  
 num. j. 1. j. 2 & j. 3. Prouisio enim, inquit, ho-  
 minis adijcentis pœnam, vel stipulationē  
 compromisso, facit cessare prouisiotem\* d.  
 l. cùm anteā. Secus est, si simpliciter nūdō  
 pacto absque pœna, & stipulatione compro-  
 missum sit, Nam tunc cessante prouisione

B hominis;



hominis, obtinet prouisio d. l. cùm anteā. Cùm itaque in compromisso , quòd inter hos collitigatores factum esse prætenditur, nulla mentio pœnæ facta esse inueniatur: constanter inferendū est, quòd in casu prætensi compromissi, si sententia data esset in inferiori iudicio, appellationi locum fuisse: ideoque à summo Cameræ Consistorio Reuisioni locus denegari iure non possit.

Etsi verò his secunda quæstio planè absoluta esse videatur, tamen ante eius conclusiōnem incidenti dubitationi occurrentum est. Obijcit. n. aliquis, † cùm in Imperialis Cameræ ordinatione, & sacris constitutio-  
nibus de Reuisorio beneficio in causis com-  
promissarijs concedendo, nihil specificè ex-  
pressum inueniatur; ac generalem ordinati-  
onem solus Imperator cum totius Imperij  
Ordinibus interpretari, & extendere possit:  
inde videri, quòd vel Reuasio planè non cō-  
cedenda, vel ad eam indulgendar noua Im-  
periali interpretatione , aut extensione o-  
pus sit. Etsi enim iam dicta ordinatio Ca-  
meræ generaliter de beneficio Reuisionis  
statuat, vt ostendunt verba, Niemandt/ einige  
Partshey/r. tamen † ex communi interpre-  
tatione illam generalitatem extra ma-  
teriam

teriam ordinationi subiectā extendi, & trahi nō debere. Subiectum autem ordinatio-  
nis censendum esse, omnes causas in ea spe-  
cialiter nominatas, & expressas; quibus  
nemini præter Imperatorem, Ordinesque  
Imperi, veluti eius conditores, aut addere,  
aut detrahere fas sit. Quia t̄ quotiescumque  
agitur de interpretatione generali, quæ de-  
bet seruari ab omnibus, ea interpretatio per-  
tinet ad solos cōdidores legum. Socin. in c.  
super quæstione. num. 2. de officio iud. de-  
leg. Idē conf. 188. incip. Visā Bulla Paul. 11.  
versiculo primo. allegatur statutum, in fine,  
in 2. parte.

Huius obiectionis duo capita sunt: vnū,  
quod de Reuisione causarum compromissa-  
riarum in ordinatione nihil expressum in-  
ueniatur: alterum, quod interpretatio, &  
extensio ordinationis ad solum Imperato-  
rem, Ordinesque Imperij pertineat. Prius  
argumentandi genus valde ignavum est: nā  
si ista ratiocinatio firma esset, sequeretur,  
quod idem in quæstione admittendæ, vel  
negandæ Reuisionis de omnibus causis siue  
per simplicem querelam; veluti, Vermög-  
det austrag; siue per delegationē Cæsaream,  
vel alia via legitima in auditoriū Camerale

B 2 inuolutis



inuolutis obijci possit. Cuius ratio est, quia  
 16 fordinatio generaliter loquitur, nec ullam  
causam aut specialiter designat, aut excipit.  
Quod clarissime euincunt generalia verba,  
Niemandt an dem Cammergericht einige Par-  
thesey / &c. Recte igitur sic colligitur, si generalis  
est text<sup>o</sup>, vel ordinatio, habet locū in q̄libet  
sua specie, hoc est, in qualibet causa an dem  
Cammergenicht, iuxta textum: nō attento, qua-  
via ad Cameram deuoluta sit, quia varijs mo-  
 17 di sunt ad eam deueniendi, effectus prorsus  
idem, & ius commune non resistit; ordinatio enim non distinguit.

17 Quid? Quod fordinatio causas compros-  
 misarias nominatim exprimit, in suisque  
 speciebus, & cura habet. Soll, ait text<sup>o</sup>, par-  
 te 1. c. 30. Das erst Gewelb in jni haben alle Ex-  
 pedire sachen, fisci, mandatorū, fractæ pacis,  
 simplicis querelæ, Compromiss/ oder bewilli-  
 gung an das Rey. Cammergericht / inuocatio-  
 nis brachij secularis , oder Execution der  
 Geistlichen/ auch Execution der Compromissa-  
 rien Urtheil/vnd andere / so nit durch Appella-  
 tion/sonder durch andere weg dahin erwachsen.  
*Hic est pons.* Quis nunc nisi Attico, vt aiunt, aspectu co-  
 promissa in causis, quæ per sim plicem que-  
 relam ad Cameram deuoluūtur numeratas  
 esse



esse negabit, quis eas ab ordinatione, in qua  
ab Imperio insertæ sunt, diuellet? Quis eas  
eodem iure non censembit? Quis denique eò  
magis Reuisionem à sententia Cameraliū,  
tanquam arbitrorum, quam vt iudicium  
petendam, ac indulgendarum iudicabit? Ma-  
xime propter hanc iustissimam, & vrgentis.  
simam causam; quia nimur de iure + pro 18  
indice præsumitur, eiusque sententia: l. Her-  
ennius. §. Communia, de Euiet. de persona  
verò arbitri iura non ita confidunt: l. Si di-  
ctum. §. Si compromisso. de Euiet. ob eam-  
que rem facilius iura concedunt renunciare  
appellationi à indice, quam supplicationi  
abarbitro: Ioh. Bapt. lib. 7. c. 13. nu. 1. & lib. 9.  
c. 15. nu. 27. de Arb.

Si quis instando dixerit, multa esse singu-  
laria in compromissis, nemo hoc negaturus  
est. Hinc omnia iudicia, omnes actiones  
certis qualitatibus distinctæ sunt. Cùm ita-  
que h̄ic sola quæstio revertatur, An Reuasio ad  
retractandam iniquam sententiam arbitri  
admitti debeat: sufficit docuisse, + compro-  
missa vel arbitria iuris, quoad processum, &  
in primis appellationem ad Iudiciorum in-  
star redacta esse : Petrus Jacobi de Monte  
Pess. in tract. de Arb. nu. j. Hoc modo ob-

## B 3      iectio

iectio in priori capitulo quod nimis causa compromissariæ in ordinationem relata sint expeditur. Alterius faciliorerit consideratio, † an sc. noua constitutione de admittenda Reuisione in compromissis opus sit?

Quamuis, ut suprà dictum est, caput ordinationis de Reuisione sit generale, omnisq; generalitas ambiguitatem parere dicatur; I. quoties in stipulat. de verb. oblig. camque obrem in hoc casu ad Imperatorem lucis mutuandæ causa decurrentum, suæque ab eo constitutionis Interpretatio petenda es- se videatur: tamen aliud dictat veritas. Pri-  
mò enim omnem dubitationem, quam ge-  
neralitas parere videtur, tollit d. caput 30,  
tollunt ea, quæ secundum jus commune de  
appellatione à sententia arbitri exposita  
sunt; tollit ordinationis caput 54. parte 3.  
21 Quod sibi constituitur, † quod in casibus  
non prouisis in ordinatione locum habeat  
ius commune. Tollunt denique commu-  
nes regulas juris, quod ubi lex non distin-  
guit, nec nos distinguere debeamus. At  
22 ordinatione nec in personis, nec in causis,  
quoad Reuisionem, ullam differentiam cō-  
stituit. Ergo generalis dispositio procedere  
debet;

ferv:

debet: l. Quamuis. de in ius vocando. l. pre-  
 tio. de publ. l. j. §. generaliter. de leg. p̄tand.  
 Considerandum etiam est, † quòd correctio 23  
juris maximè odiosi sit: ideoq̄ie infanda:  
neque vllæ interpretationes, vel argumen-  
ta, quibus iura mutilentur, admittenda sint:  
 c. cùm expeditat. de Elect. lib. 6. Quoniam  
 certum est, Imperatoriam Celsitudinem, à II  
qua iura procedunt, non vendicare sibi in-  
terpretationem rei manifestæ; multò minus  
contra ius: l. i. C. de leg. l. nec auus. C. de E-  
manc. liber. l. 2. C. de precib. Imp. offer. Ma-  
nifestum autem censetur, quòd iuris ordi-  
natione satis constat: l. emptore de act. em-  
pti. c. olim. de ver. signif. Alioquin nihil es-  
set in humanis rebus adeò semotum à con-  
trouersia, quod subtilitatem disputandi ef-  
fugiat; etiamsi manifestissimum, ac justissi-  
mum sit: sic ait Iustin. Nouell. de Tabel-  
lionibus. §. neque tabelliones. constitutio-  
ne 44.

Tunc.

Ex vtroque igitur illius obiectionis  
 membro ita tractato facilè est colligere in  
 præsenti casu; qui vel per se clarus; vel  
siquid dubitationis habet, ipsa lege & con-  
stitutione declaratus, ac ad formam iuris  
communis redactus est; Imperatoriam



Maiestatem, reliquosque Imperij Romani  
 Proceres superuacuè fatigari. Quibus rebus  
 altera principalis quæstio absoluta est. Vnde  
evidenter concluditur, quod Reuisione  
huius causæ, ratione iurisdictionis, si-  
ue ordinariæ, siue delegatæ, siue compro-  
missariæ à iudice, & assessoribus Cameræ  
viurpatæ de hinc admittenda sit. Consequi-  
tur tertia quæstio, An præter exceptionē præ-  
iudiciale compromissi, alia sint, quæ Re-  
uisionem impedian? Alia esse, eaque viua,  
& vigentia ex sequentibus apparebit. Ad  
 hæc primò considerandum venit verbum  
 24 († Endlich) quo imperator in literis de Iusti-  
 tia ad Cameram emissis usus est: nam ea vox  
 his sequentibus Determination / vnd Auff-  
 spruch/Compromiß/ (vbi weisz apparer omis-  
 sam:) iuncta, non sententiam modò importare;  
 sed etiam omnem ulteriorem discep-  
 tationem precidere: adeoque ultimum fa-  
 tum loco sibi verisimiliter inferre videtur.  
 25 Hoc firmat vulgata iuris doctrina, † quod  
 verba sint intelligenda secundum qualita-  
 tem, & conditionem rei, ad quam dirigun-  
 tur: l. plenum. §. equitum. & ibi Blanc.  
 de usu, & hab. idem in l. ex militari.  
 de militari testamento. Innocentius in ca-  
 pitul.



pitul. Pastoralis. de donationibus. Verbum  
 igitur, Endlich / iunctum voci Com-  
promissi weis; cùm à laudo regulariter nō ap-  
 pelletur, dictum sit secundum compromissi  
 qualitatem; Imperatorem accepisse, & in-  
 telligi velle, non videtur esse dubitandum.  
Verba autem intentioni seruire debent, nō  
contrà:c. in his. de verbis. sign. Quò facit,  
quod t̄ verba decreti, ac partium, qualia h̄c 26  
sunt, in proprio, & vero significatu intelligi  
debeant: Burf. conf. 149. nu. 4. Præterea iu-  
 ris regula est, quòd verba non censeantur  
otiosa;c. si Papa. de priuil. in 16. l. si quando  
dell. At si verbum Endlich nil preter sente-  
tiam definitiuam importaret, staret sine ef-  
fectu otiosum, & superfluum: quia substan-  
tiua verba, Determination/ vnd Ausspruch/  
absque alia adiectione sententiae dictio nem  
per se significant. Quare cùm vox Endlich  
situata sit in materia compromissi prolata  
à partibus, repetita ab Imperatore, decreto,  
que comprehensa, eam sine effectu singula-  
ri stare non posse videtur: effectus autem à  
ilius esse nequit, quàm yltimæ causæ deter-  
minatio. Quibus accedit, quòd dictum  
Endlich importat + conuentionē, qua par- 27  
tes possunt se obligare ad standum sententiæ 28

B 5 cuius-



- cuiuscunque, vt iudicis : ea<sup>que</sup> obligatio  
habet vim renunciationis, Blan. q. 2. nu. 46.  
 perl. tale pactum . de pactis. l. fi. §. fin. C. de  
 temp. appell. si conuenerit. de re iud. vbi ait  
 idem tenere Anthon. de Butr. & Innoc. in c.  
Quinta vallis, de iure iur. Secūdū, ad hoc ex-  
pendenda sunt crasla, & aperta verba procu-  
 ratoris N. in supplicatione ad 16. diem Au-  
 gusti Anno 70. producta , quæ ita iacent.  
 28 E. J. G. + geruehen vff vberrechthe / ic. Quæ  
 verba duo significanter importare videtur,  
 nimirum expressum consensum de com-  
 promittendo, & renunciationem vltioris  
 recursus, querelæ, reductionis, Renisionis,  
 omnis deniq; beneficij: adeò, vt de volūta-  
 te N. & de renunciando dubitari non possit.  
 29 Nam + verba hominum voluntatem pate-  
 faciunt, cùm illa sint veræ passionum notæ:  
 1. Labeo. §. idem Tubero. de supell. leg. nec  
 credimus yllum yelle , nisi quod verbis ex-  
 primit: l. liberto. §. pen. de ann. lega. Et à ver-  
 bis claris, qualia hæc sunt, non est recedens  
 dum, nec ad coniecturas conuolandum: l.  
 non aliter. de leg. 3. l. ille, aut ille. §. cùm in  
 verbis. l. continuus. §. cùm ita. de verb. obli.  
 30 Cæterum + iuri, & fauori pro se introducto  
 quis potest renunciare: Bartol. in l. pen. §. Iu-  
 lius

Ius Agrippa, de leg. 3. Castr. in l. filius fam. §.  
 diui, deleg. 1. Burf. consil. 151. numero 76.  
Quemadmodum igitur appellationi renū-  
cari potest: l. fin. §. fin. de temp. appell. ita  
revisioni etiam, cuius beneficium in locū  
appellationis surrogatum est. Surrogatum  
autem sequitur naturam eius, in cuius lo-  
cum surrogatur: l. Si eum. §. iniuriarum. Si  
quis caut. Qnod adeò verū est, † vt ex cau-  
sis iustis enormi, ac enormissimæ lœsioni  
pacto expressè possit renunciari; vt declarat  
 Sylua, cons. 7, numero 6, ex communi opi-  
 niione, ac pro magis communi Athlon,  
 Gabr, com, reg, lib. 2. de Arbitr. conclus. 3,  
 numero 29. Et seq. Burf. cons. 176. numer.  
 6). Quare cùm casus conuentionis & pacti,  
 prout dicimus, sit casus legis; vt loquitur  
 Blanc, cons. 215, nu. 3, in fi. vol. 3. ac renunci-  
 antibus iuri suo amplius ad id regressus nō  
 concedatur, vel petitio: l. queritur. §. Si ven-  
 ditor. de Edil. Ed. l. s. §. Qui semel. de succel.  
 Ed. Bar. cons. 90. Grau. cōs. 290. nu. 2. Ergo  
 concludendum esse videtur, etiam ex hoc  
 fundamento beneficium revisionis esse de-  
 negandum. Sed ijs non obstantibus, Revi-  
 sioni in proposito easu locum manere, veri-  
 tas est ipsa.

Nam



Nam primò nil impediunt argutiæ in  
32 voce † Endtlichen/aucupatæ:etsi enim istud  
verbum ab Imperatore prolatum, & iunctū  
substantiis Determination/ vnd Ausspruch  
absolutum finem negotij significare videa-  
tur:tamen ad alium finem præter eum , quæ  
Iudices Cameralels suo munere iudicandi  
defungentes, controuersiæ imponere po-  
tuerunt, nulla ratione tribuitur. Summa  
rei est , quicquid aliquos moueat, quod  
Endtliche determination/aliud nihil sit,quam  
33 sententia definitiua;sive orationis structu-  
ram,sive mentem & intentionem Impera-  
toris consideremus. Cùm enim verbum  
determinare exurgat à nomine terminus :  
† terminus autem etiam simpliciter datus  
intelligatur peremptorius:c.j. de dol. & cō-  
tum.li.6. Sicut nomen peremptorius adie-  
ctum voci terminus non augeat, sed decla-  
ret, & separet eius significationem ab alijs  
terminis non peremptorijs. Inde colligitur,  
34 quod vox † Endtlichen/adicta substantio,  
determination/illū vsum tantū habeat, vt de-  
notet significanter sententiā definitiū, eāq;  
ab interlocutoria discernat. Quæ ita dicta  
sint, ne quis opinetur hīc per ignorantia vir-  
tutis vocabulorum parologizari. Nō,n. est  
veri-



verisimile aliquē sanē mētis in hoc grauissimo negotio opinari, quōd p̄fata verba Endes  
 lichen determination / vacuam conuētionem  
de stando arbitrio importent; ita, vt totius  
 controvēsiæ decisio ex eorum intellectu  
 dependeat, Iuriscōsulti sanē † verba rebus, 37  
non res verbis scrūire, vbiq̄e volunt: l. 2. §.  
 sed vt subtilitati, C. de const. pec. l. cūm de  
 laneonis. §. Aſinam, de fundo inst. Vnde di-  
 cit Spectulator, in tit. de aduocat. §. 6. nu. 20.  
 in fi. ver. Vel sic sunt noñ nulli, disputationē  
 verborum pertinacibus relinquēdam esse.  
Quare cūm ad inducendam cōuentionem  
de stando sententiæ iudicis, vel arbitrii de  
jure inuentæ, & vſitatæ sint certæ clausulæ;  
veluti appellatione, reductione, recursu re-  
moto: quarum nulla hīc expressa est; euidē-  
tissimum est, neque Imperatorem, neque li-  
litigatores de tali conuentione, vel renuncia-  
tione cogitasse: quod meridiano sole clari-  
us arguunt verba requisitionis, † Erkennen/ 36  
vnd sprechen/was Recht ist. Quę verba sunt so-  
lennia, ac in mandatum transeunt. Quod  
adē verum est, vt ista verba importent or-  
dinariam iurisdictionē: vti consuluit Myn-  
sing. decad. 3. Resp. 24. dicit enim (inquit)  
Bl. in l. ius ciuile, de iust. & iur. quōd si prin-  
cēps



ceps committit causam ordinario in foro  
juris communis, ista non est noua commis-  
sio, sed est potius exercitatio ordinaria iu-  
risdictionis: vi Rom. in l. 1. §. si quis simpli-  
citer de verbis oblig. Faceat igitur nouissi-  
ma illa argumentatio, cui Bl. allegato loco

minime suffragatur, cuius haec sunt verba;  
fquamvis non possunt compromittere in  
iudicem, tanquam in arbitrum; tamen pos-  
sunt partes per conuentionem se obligare

ad standum sententiae iudicis; quæ obliga-  
tio habebit renunciationem appellationis.  
Nulla hinc disputatio est de verbis, sed de for-  
mata obligatione, de stando sententiae non  
arbitri, sed iudicis, quæ per legitimam con-  
uentionem inducitur.

Secundò, nullam curam adferunt crassa  
verba procuratoris N. Dato enim quod ea  
verba consensum, & voluntatem compro-  
mittendi declarēt: tamen renunciationem  
appellationis, Revisionis, alteriusve reme-  
dij iuris, non magis, quam verba rescripti  
Imperatorij inducūt. Nam haec voces, Dero-

wegen hue ich mich /rc. non simpliciter, & pu-  
rè: sed illatiuè iacēt, ut ostendit aduerbiū  
Derowegen /rc. Repetito itaq; medio infe-  
rendi, structura talis erit: E. G. G. geruehen  
fürder\*

fürderlich in der sachen zu erkennen / was rechte  
ist. Quo sermone stare sententiæ æquæ, non  
iniquæ; iustæ, non iniustæ, se obligavit.

Quid? † Quod arbitris, vel arbitratoribus 39  
nunquam possit dari tam lata potestas, et-  
iam cum plenissima renunciatione: quin  
semper, quando in maxima qualitate, seu in  
toto læsio est facta: peti possit reductio ad  
arbitrium boni viri, etiam si iuramentū in-  
terruenerit: c. veniēs. &c. Quinta vallis. Vbi  
Can. de iure iur. not. Dy. in reg. scienti. lib. 6.  
idem conf. 19. incip. Molonæus. Et in l. cùm  
quidam. de verb. oblig. Quod adeò verū est,  
vt etiam militet, et si data esset potestas læ-  
dendi in magna, vel maxima quantitate: A-  
lexand. conf. 22. nu. 12. 13. 14. col. 2. Vnde Soc.  
conf. 24. numer. 2. vol. 1. generaliter probat,  
† quod sententiæ iudicis qualiscunque 40  
nota fuerit, si partes promiserunt stare: in-  
telligatur, si secundum iustitiam iudicaue-  
rint.

Quis igitur de eo dubitet in terminis  
nostris, vbi expressa clausula secundum  
iustitiam, per verba, mas Recht ist. Quæ ver-  
ba debent totum rescriptum qualificare:  
Abb. & Soc. in c. requiris. de appell. Bartol.  
in l. talis scriptura, de leg. i. Si enim de iure  
talis



talis clausula subauditur: l. creditor. §. Lucius. ff. de Mand. c. Quinta Vallis. de iure iur. D.D. ibid. Quia non præsumitur quis mandare, vel consentire in id, quod sibi contra iustitiam præiudicaret: l. Si procuratoris. de cond. indeb. iuncta l. cū indebita. de proba. Multò magis procedit ista clausula generāliter expressa, qua Imperator, & litigatores significauerūt se velle causā disceptari iustē, non iniustē. Nā † expressio facta ab homine, transit in formā mandati: adeò, quod illa nō seruata, actus reddatur nullus: c. cū dilecta, cū gl. in vers. iuris ordinē. & quod ibi not. Antho. de Butr. & alii, iuncta l. j. C. de appell. Alex. li. cōf. 22. nu. 16. 17. 18. & 19. Quare per aperta verbā admittit, qui immobiliib. iuris axiomatibus, cōsonantibus interpretū sententijs; imò, qui cōmuni humānæ rationis iudicio, & boni viri arbitratu vti voluerit; is vltrō fatebitur, dicta verba procuratoris N. multò magis omnia iuris remedia ad retrahendam iniquitatem sententiæ reseruasse, quam ijs renunciasse. Confutatis igiturijs, quæ præter præjudiciale exceptionē cōpromissi, Reuisioni obstat videbātur; hac quæ tertia quæstione expedita, generalis cōclusio sit, † quod in proposito casu Reuisione nilo.

hilocus iure dādus sit: addito, quod de equitate Canonica omnis quomodo cunque oppressus appellare potest: c. ad Romanam, c. ideò. §. Cūm ergo. 2. q. 6. Blanc. & Salyc. & communiter DD. in leg. j. C. de arbitr. Alexandr. in leg. nemo potest: de legat. 1. vbi dicit, istam opinionem esse communē; & quod in practica ab ea non sit reeeden- dum: Sic Paris. in capit. quemadmodum contra. col. 45. nū. 134. de probat, dicit, eam esse communem. Cūm itaque certo certius sit, appellationem à sententia, cuius iam Re- uisio petitur, si lata esset ab inferiori iudi- ce, de iure admittendam esse: quo iure, quā lege, quā denique ratione Reuisio denega- bitur? Quid? Quod omne ius diuinum, & humanū, quod præpotenti ratione nititur, tatis per admittit de grauamine supplicantē; donec audiatur, emendereturq; grauamen.

Quin imò † si lege, vel statuto præscriba-  
tur tempus ad proponendas exceptiones:  
nihilò tamen minus semper potest oppo-  
ni Exceptio nullitatis: leg. scire etiam oportet. §. licet de his. de excus. tut. l. j. C. de iur. & facti ignor. Si quis dixerit, † per admissionē  
Reuisitionis autoritatem, & aestimationem  
Imperialis Cameræ minti; aut reddi con-

C tempti-



temptibiliorem: idem necessariò dixerit, i-  
dem beneficium Reuisionis in vilipendium  
non modò Cæsareæ Cameræ, sed ipsius et-  
iam Imperatoris introductum esse: quod  
Deus auertat.

Vt enim summi principis, ita Imperialis  
 Cameræ auditorij, quod est veluti viuum  
 in terris iustitiae, iuris, & æquitatis corpus:  
 ab Imperatore suo capite dependens: nulla  
 maiore est autoritas, nulla maior gloria, &  
 amplitudo; quam vnius, vel alterius ho-  
 minis (quia hominis est errare) vel errorē,  
 vel calumniam cognoscere; & cognitam e-  
 mendare: nō propria, sed legū, iuris, & iusti-  
 tiæ autoritate. Sic etiam maiestatem suā, quā  
 à iustitia habet, toti mundo apud viuos, po-  
 sterosq; reddunt gratiorem, & illustriorem;

Exemplum  
iustitiae in  
imperatori.  
45 Extat memorabile exemplum Anthonini  
 Imperatoris, qui verè Pius appellabatur, nō  
 frustrà in iure posteritati descriptū: Is enim  
 Viuum Zenonem aduersus sententiam ita  
 supplicantem, rogo domine Imperator, au-  
 di me patienter, placitè admisit: & post de-  
 liberationem recognitionis, causa præsens  
 (inquit) admittere videtur humaniorem  
 interpretationem: l. proximè, de his, quæ in  
 iest, del. similiter Diui fratres pronunciatio-  
 nem

alii.

nem suam magna laude retractarunt, his  
verbis; cuius sententiam nos quoque secuti  
sumus: sed cum & ipso Metiano, & alijs ami  
cis nostris iurisperitis adhibitis, pleniū tra  
staremus, magis visum est, &c. d.l. Diui fra  
tres, de iure patron. Simili professione A  
lexander Pontifex permittit, omnibus reco  
gnitionis interpretandæ aditum: c. cum ex  
literis. de in integr. restit. præsertim autem,  
quia sententia Romanae sedis non negatur  
in melius posse commutari.

## RESPONSVM II.

### S V M M A R I A.

- 1 Auth. quæ supplicatio. C. de precib⁹ Imp. offerend. & constitutio imperialis Anni 1532. non suspendunt executionem, pendente Revisione, si satisfactio idonea praestetur.
- 2 Transactio Suobacensis præventionem habet.
- 3 An transactio post latam sententiam expirabit, non attenta Revisione?
- 4 Prorogatio transactionis dubium inducit.
- 5 Mens & intentio in quoniam contractu, pacto, vel transactione attendi debet.
- 6 Finis transactionis Suobacensis: cuius eadem militat ratio, Revisione pendente: nūm. 7.

C 2 8 Dispos.



- 8 Disponentis intentio ubi dubia est, semper recurritur ad causam finalem.
- 9 Ut appellationes pronunciatum extinguit: ita, comperta iniquitate, sententiae per Reuisionem retractantur.
- 10 Verba transactionis; cum effectu intelligi debent: quae si effectum non habeant per explicationem primi actus, proceditur ad secundum: num. 11.
- 12 Pro dispository habetur, quod verisimiliter contrahentes disposuissent, si de eo interrogati fuissent.
- 13 Limitata prorogatio dispositionis precedenis ultra limites prorogationis non extenditur.
- 14 Prorogatio transactionis Suabacensis quomodo post latam in Camera Imperiali sententiam exprirarit?
- 15 Appellatio à sententia lata in iudicio possessorio, quo ad utrumque effectum tam deuolutiuū, quam suspensiuū prohibita est. Ratio habetur num. 16.
- 17 Presertim in interdicto uti possidetis, seu in possessorio retinenda: quod momentaneum dicitur: num. 18.
- 19 Aduersus sententiam Minor in integrum restituitur in possessorio iudicio: Sed appellatio locum non habet; ergo nec Reuiso.

20 Re-



- 20 Reuisiones sententiarum Camerae regulariter circa petitiorum admittuntur:executio vero non suspenditur.
- 21 Limitata causa limitatum producit effectum.
- 22 Dispositio simpliciter prolata circa merū factū, restringi debet ad actum primum, qualiter cunque consummatum, etiam inuallidum.
- 23 Iudex, qui semel iudicauit, amplius iudicare non potest.
- 24 Ad dissolutionem, & liberationem obligationis sufficit primū, atq; unicum impedimentum.
- 25 Singularis numerus ad unum tempus, & actum expeditionis adaptatur, non ad plures.
- 26 Vera conditionis relata ad actum, qui est reitera bilis verificantur ad primum actum; non ad secundum, vel tertium.
- 27 Verba & dispositio contrahentium in casu dubio debent intelligi secundum dispositionem iuris communis.
- 28 Lis super possessione retinenda mota per sententiam latam omnino terminatur.
- 29 Transactio ad incogitata non extenditur.
- 30 In dubio ad verisimilia recurrimus.
- 31 Interpretatio, qua receditur à iure communi, est odiosa, & restringenda.
- 32 Conuentio dubia interpretationem à simili conventione precedente, vel sequente capit.



- 33 Camera supremum Imperij Romani iudicium est, à quo appellari nequit.
- 34 Transactiones stricti iuris sunt, & strictè accipiendæ.
- 35 Iniquum est, perimi pacto id, de quo cogitatum non docetur.
- 36 Interpretatio fit contra eum, qui ex contractu nititur; cui imputatur, quare legem sibi appetius non dixerit.
- 37 Verba ambigua, & incerta ex more loquendi præferentis solent declarari.
- 38 Reuasio extraordinariorum remedium.
- 39 Differentia periculi ex causa metuendi ante sententiam in Camera Imperij latam, & post sententiam. & n. 41.
- 40 Non presumitur, quod victa pars vincentem in exercitio, & usu sue q. possessionis, quam ex sententia pro se lata habet, impeditura sit.
- 42 Diuersorum diuersum iudicium reputatur.
- 43 Contra sententiam in possessorio latam permisā non est petitio Reuisionis actorum.
- 44 Iure communis sententia in supremo iudicio lata executionem paratam habet, etiam si Reuisione petatur.
- 45 Non entis nullæ sunt qualitates.
- 46 Proprius effectus sententie latæ in sacro Romani Imperij consilio est, quod non retardetur executio.



*executio, præstita satisfactione in casum re-  
tractationis.*

**D**ennach der Durchleuchtigst Hochges-  
borne Fürst vnd Herz / Herz N. N.  
Marggrafe zu Brandenburg etc. In der  
langwirigen vnd weitleufigen Rechtfachen /  
die Franschlich Obrigkeit vmb Nürnberg vnd  
derselben Provinz betreffende / wider einen Er-  
barn vnd Weisen Rath der Statt Nürnberg/  
den 18. Septembr. verschienen 83. Thars / ein  
Urtheil erhalten / Inhalt vns uberschickten Co-  
pien / Darauff auch von jrer Fürstlichen Durch-  
leuchtigkeit executoriales an dem Reys. Cam-  
mergericht aufgebracht / vnd als denselben nicht  
parirt / mit oblation cautionis pro arctiori-  
bis executorialib. bis zum beschluß procediret /  
Dessen abersich gedachter Rath zu Nürnberg  
beschwerde / vnd der Reichsordnung nach / wi-  
der das Urtheil revisionem actorū gesucht /  
die dann aufgeschrieben / welche doch verschie-  
nen Maij / von den Herrn Reys. Commissar-  
ien / Chur vnd Fürstlichen / auch anderer Ständ  
erscheinende vñ abgeordnete Herrn Visitatorn,  
nach laut zukomme Decrets, verschobē / die auch  
vnangesehen des pro arctiorib. executorialib.  
bis zu beschluß gebrachten Proces / vñ d; inson-  
derheit de Herrn Rey Commissarii vñ visitatorn

E 4 noch



noch weiter caution vbergeben / die dem Key.  
Cammergericht bis zu aufgang der Revision,  
in dem execution Proces inhibition gehan/  
vnd hochstgedachter F. D. sich darnach zuver/  
halten vfferlegt/nach weiter innhalt / vns vber/  
schickten Reces vnd Acten.

Als nun solche inhibition Ihrer F. D. be/  
schwerlichen fürfallen wil / dagegen aber auch  
der zu Schwabach zwischen Ihrer F. Durch/  
leuchtigkeit vnd dem Rath zu Nürnberg der  
Fraischübung halben Anno 1535. vffgerichte  
vertrag vnd deshalb erfolgte prorogatio, so  
vns gleichfalls copialiter zukommen/darüber  
allerley Nachgedanken gemacht / Dahero  
dann vnser rechtlich bedenken erforderl / Vff  
solches haben wir die sachen iher wichtigkeit nach/  
in fleissige berathschlagung gezogen/vñ vns das  
hin den Rechten nach einhelliglich verglichen.  
Das gleichwol bey vns kein zweifel / Ihr F. D.  
seine vermod gemeiner vnd geschriebner Recht/  
auch in krafft des heiligen Römischen Reichs  
Constitution nit schuldig / etiam pendente  
revisione, den Rath zu Nürnberg sich wider  
das vrtheil der Fraischlichen Obrigkeit in ab/  
erkennten Orten gebrauchen zu lassen/ Bevorab  
dieweils Ihr F. Durchleuchtigkeit gedachter exe/  
cution halb an dem Keyserliche Cammergericht/  
den

den 15. Nouemb. Anno 1532. executoriales aufge  
 brachte vñ in casu retractatiois sententiæ all  
 herent an gebürenden orten gnugsame satisda  
 tion præstirt hat/ per tex. in Auth. Quæ sup  
 plicatio. & ibi communiter not. DD.C.de  
 precib. Imp. offer. vnd des Heiligen Reichs  
Abschiedt Anno 1532. zu Regenspurg ergangen/  
 & per iura, & rationes, den Herrn Visitatorn,  
 in jüngst verschierer Visitation / in einer ges  
chrifft intitulirt/ Notwendige Anzeig/ vnd bes  
richte/ mit angehesster Bitt/ vnd vorbehalt Bran  
denburgßscher abgesandter vnd Beystände/ con  
tra Nürnberg/ re. übergeben/ vnd daselbst not  
turffig/ vnd fundamentaliter aufgeführt/ daß  
auch der Herrn Visitatorn hierüber wideriger be  
scheidt solche execution nit sol verhindern/ Al-  
lein wilder Abschiedt/ vnd Vertrag zwischen/  
höchstgedachtem Herrn Marggrauen/ re. vnd  
Bürgermeister vnd Rathen zu Nürnberg/ durch  
Reys. vnd Königliche Commissarien/ vñ anderer  
Fürsten Bottschafften/ der Fraysch halben/ auff  
dem Tag zu Schwabach Anno 1535. vffgericht/  
vnd folgendts Anno 1562. desselbigen beschehene  
prorogation etwas zweifelmachen/ Dann in  
gemeldtem Schwabachischen Abschiedt/ vnd  
desselben prorogation fürschung geschehen ist.  
 wie es des vorgriffs halb / die strittige Fraysch  
 E 5 belangend/



belangende/ gehalten werden soll/ auch denselben  
bis auff eröffnete Urtheil nachgangen / Ob

*N.B.* 3 nun † gemelde Vertrag vnd desselben Prorogation/ an jeho nach dero am Kons. Cammergericht ergangner Urtheil/ ihr Endischafft genommen/ vnd erloschen seye / oder aber propter interpositā Revisionem, bis zu derselben erörterung noch in viridi obseruantia gehalten wer-

den soll/wil zubedencken seyn / vnd hatt † gleichwohl vielgemeldts Schwabachischen Vertrags Anno 1562. hierüber von beyden Partheyen bewilligte vnd zugeschriebene prorogation anfangs das ansehen / Als sollte derselbig noch bis zu erörterung der suspendirten Revision, Kraft haben/ vnd würcklich gehalten müssen werden/

Dann Ersstlich † Mens & intentio in quois

contractu, pacto vel transactione attendi debet. l. semper in stipulationibus. D. de Reg.

iur. l. in ambiguo. D. de reb. dub. Iustum. n.

est voluntates contrahentium magis, quam

